conquerentur, eo fit vt animi vtrinq; in dies magis et magis exacerbentur non sine insigni rerum sub hoc praesertim turbulenta tempora perturbatione. Scimus annis superioribus autte nostra omnes fere differentias amice sopitas et per certos deputatos nostros determinatas fuisse, huic transactioni vtrinq; Fid. vrs intercedere viderentur vtrinq; tamen ei non satis fieri contendunt. Ne itaq; ea res motus aliquos cum periculo Ciuitatis illius finitimae excitet quodamtenus bono euentu (vt nobis quidem videretur) fecimus idem nunc quoq; faciendum nobis esse existimauimus. Mandamus itaq; Fid. vestris serio vt quamprimum id commode fieri poterit de omnibus differentijs quaecunq; nouissime post priorem transactionem Ciuit. factam exortae sunt amicabilem compositionem tentent, et potius fraterne omnia sopiant quam vt lites ex litibus serant et Rempub. priuatamq; negligant. Quod vt commodius fiat et facilius succedat arbitratores et moderatores earum differentiarum autte nostra Regia iam exnunc inter Fid. vrat designamus Rndum in Chro Patrem Dominum Joannem Zamojsky Archiepiscopum Leopolien. et Magcum Joannem Comitem ab ostrorog Castellanum Posnanien. Mariaeburgen. et Garnolinen. Capitaneum quibus specialibus nostris id quidquid est negocij demandauimus. Quoniam autem Magistratui cum suburbanis quoq; quaedam differentiae intercedunt, fide eas quoq; ibidem proponant et si fieri commode poterit inter se componant. Volumus itaq; vt Fid. vrae in ijs causis tam quae ex nouis actionibus veniunt quam etiam quae suburbanis in Relationibus nostris dependent ad trium mensium a data praesenti computandorum decursu ab omni prorsus iuris processu abstineant interim vero vtrinq; pacate sese gerant et compositionem praedictam tentent quae nisi successerit. Tum demum Fid. vrae iuri suo (quod vtrinq; integrum esse volumus) [illegible] secus itaq; ne fecerint si gratiam nostram charam habent.

Litterae occlusae

Sigismundus 3

Intelleximus exortas esse iterum quasdam dissensiones inter quadraginta viros tum etiam suburbanos et Magistratum Ciuitatis nostrae Leopolien. quam rem sub hoc praesertim turbulenta tempora periculosam esse animaduertentes Sync. tuam simul cum Reuerendissimo in Chro Patre Domino Joanne Zamoisky Archiepiscopo Leopolien. cum Magco Joanne Comite ab ostrorog

Castellan Posnanien ad mitigan partium dissentientium animos
iniuriasq et offensas omnes moderan deputauimus Quare Sinc.
team requirimus et hortamur vt certo opportuno tempore simul cum
praefato Castellano Posnanien Domino Archiepiscopo Leopolien
conueniant ibidemq tam Magistratui quam quadraginta viris
tum et Suburbanis ad se vocatis de omnibus iniurijs et offensis
quascunq inter se habent diligenter cognoscant eas mitigent et
moderentur illud vero in primis curent vt transactio annis pau
lo retroactis licat ex simili occone aut de nostra facta et per nos
approbata in robore maneat Factura Sinc. tua rem nobis gratam
et vocationi suae congruentem Quam bene valere cupimq Datum etc

Consensus ad venden bona heredi-tarias ciuitat Leopol cuicunq voluerit

Sigismundus etc Significamus etc

Quod cum nobis a multo tempore saepius nomine exponerent Spectabiles
Proconsul et Consul Ciuitatis nostrae Leop. grauari se vltra mo-
dum in villis Tubrza et Sychow hereditarijs quoniam prevan-
dum in villis [illegible] pro desertatione ipsorum consilium a certis no-
stecessores eorum pro [illegible]
[illegible] crebris incursionibus militum et aliorum hominum
vagorum larvas militis assumen qui singulis fere annis in eis
et alijs adiacen villis stationes faciunt et protrahunt fruges
maturas et immaturas consumunt colonos verberibus diuexant
atq exhauriunt et mille insolentias ibidem exercent Nec
satis est hoc ab hominibus licentiosis perpeti sed etiam vicini
insuper ex leuissima occone et aliquando absq vlla occasione si-
nis citationibus eos adoriuntur per varia subsellia Judiciorum
et ad Judicia Tribunalis Regni trahunt ita vt eo tardem res
deueniant vt fructus bonorum eorum si forte qui e re manibus
diripientium labuntur et dominis relinquuntur sumptibus in lites
continuas facien nequaquam respondeant His itaq intolerabi-
libus damnis et aerumnis adducti in animum induxerunt vt
eas villas scilicet Tubrza et Sichow possonatas et terram os-
nica desertam ad illas pertinen vendant earumq pretium in
vsus securiores et meliores transferant Quod cum absq nostro
consensu facere et venditoribus et emptori non satis esset tutum